



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

51. Quid sit, de loco, & sociis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

## DE COELESTI GLORIA.

## MEDITATIO LI.

*Quid sit. De loco & sociis.*

## PUNCTUM PRIMUM.

**Q**uid sit. **Q**uid sit. Est status bonorum omnium aggregatione perfectus, in quo nulla mala culpæ, aut pœnæ, & omnia bona, quæ desiderari possunt. Nam, teste Augustino, ille est beatus, qui habet omnia quæ vult, & non vult aliquid mali. Porro est æternus, securus, absque metu, quod Deus mutet decretum, immutabilis sine diminutione, satians absque fastidio. Contrà status vitæ præsentis, quantumvis fœlix, admiscetur multis malis, est ad tempus anxius, variabilis. Ideo, *Nolite vobis thesaurizare in terra, &c.*

*Matt.*

6. 13.

*Luc. 12.*

33.

## PUNCTUM II.

**L**ocus, **P**ræstantia loci: Describitur Apocalypsis. 21. c. *Ex auro & lapide pretioso*, quia apud nos nihil præstantius. At accedit immensum. 1. est lucidissimus, suavi quadam luce, 2. temperatissimus, absque vicissitudinibus. 3. firmissimus, absque metu ruinæ, aut rimæ. 4. amœnissimus: nam si Adæ confitus locus deliciarum, & si tot hæc inferior habitatio communis, cum bestiis habet commoda, quid locus ille? *O quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!*

*ps. 83. 2*

PUN-



PUNCTUM III.

**C**onvictus jucundissimus beatorum, Angelorum & hominum. Nam se omnes inter se noscunt, & communicant. Sunt autem Angelorum millia millium, & hominum turba quam dinumerare nemo potest. 2. sunt Angeli omni virtute ornatissimi, & amabilissimi. 3. varietas graduum, ut stella à stella differt in claritate. Ibi ordines Angelorum, ac inter eos permixti ex hominibus: quin aliqui supra omnes, ob vitæ meritum. Ibi chori Sanctorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Sacerdotum, Confessorum, Virginum, &c. 4. mira concordia: quia sic unusquisque gaudet de bono cæterorum, ac de proprio.

Societas  
in cœlis  
quæ.  
Apoc.  
7. 9.  
1. Cor.  
15. 41.

MEDITATIO LII.

De essentiali gloria animæ & corporis.

PUNCTUM PRIMUM.

**A**nima repletur Deo, ut ferrum candens. 1. Memoria sic occupabitur, ut divertere nequeat à præsentis bono: tum memorabit omnia accepta à Deo, & recipienda, nec ullius recordatio affliget: *Memoriam abundantia, suavitatis tuæ eructabunt, & justitia tuæ exultabunt.* 2. intellectus replebitur clara visione Dei in seipso, & intuebitur divinam essentiam, & personas, attributa modum Incarnationis: & quomodo

1. Bonum  
animæ  
& po-  
tentiarū.  
1.  
Memo-  
riæ.  
Ps. 144.  
7. 2.  
Intelle-  
ctus.